

Mirkinio.

C. Hugenus Abr: Mirkinio.

S.

(259)

Placet instituti ratio, quâ puellorum meorum ingenia explorare et exercere coepisti. Commendo ut iisdem vestigiis sedulo insistas, observatis non iis elementis modo, quae ad captum illorum exaravi. sed paucis etiam praecipuiunculis, quas, tibi potissimum dirigendo, prout ex usu visum fuit, in prociuctu congesisti. faciunt illa ad mores junta atque eruditionem. utriusque par habenda ratio est in hac aetate, quae sibi relicta facile in sinistram elabatur. Id ne fiat diligentiae tuae et probitati, iterum atque iterum committo. Vale ac de progressu quem in singulis quotidie observabis, nonnumquam me certior rem, facito. Ad Bredam. Id: Nov: Seatil: C1616CXXVII.

S.

(260)

Mirkinio.

Cupio, mi Mirkini, ut quam saepiusculi me certiorum, facias, quid agant puelli mei, ut studia ipsorum procedant, et quid in singulis observaris, quod a me expediat correctum aut laudatum. Cum rudimentis porro, quae opinor brevi deoranerint, summo opere commendo, ut ab omni genere vocabulorum inueniam probe instructos. Itaque ut atque ordine fiat, necesse erit, singuli in libellos ad hoc conuertos, suâ manus referant, quotcumque vocabula, de proeunte exceperint, unâ cum interpretatione (Latinâ ex aduerso oppositâ). In eâ res quo rursum confusio ^{erit} mutetur, curabis ut singulae in suas classes suo Marte redigant, quas in folia aut paginas sic distributas velim, scilicet ut unus locus paginae, vel etiam plures paginae sint, nomini substantiuo, suus Adiectivo, suus Pronomini, verbo, Aduerbio (nam de Participio non est quod hic solliciti simus) Praepositioni, Coniunctioni, Interiectioni. His enim dictionariolis, suâ manu collectis tam familiariter assuescent, ut quam maxime in promptu habituri sint, quae necesse est vocabula circa haec initia non ignorent, fietque procul dubio ut paucis mensibus Latine sic balbutiant ut de leuisculis Grammaticae et porro etiam Syntaxeos regulis admoniti, non deinde et fabularum perfectione facilem dicendi copiam acquirant. Vale et quod dicebam saepiusculi ad me scribes, quid rei agas. In Castris ad Bredam 17. Sept: 1637.

J. Beuerouicio.